LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 29r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

saepe cominui solent: & consumpta incendio dilabuntur in cinerem.
& plerumq; nisi sua illis magnitudo subuenerit: aut custodia diligens
sepserit: in predam furibus cedunt: Quae igitur insania est ea timere:
pro quibus aut rumae: aut ignes: aut furta timentur: Quae cum
tris ab his aliquam speraere tutelam: que tueri semetipsa non possunt:
Quae pusilis ad eorum presidia decurrere: quae ipsi cum uiolantur:
multa sunt: nisi a colentibus uindicentur: ubi ergo veritas est: ubi ni
la uis adhiberi pōt religioni: ubi nihil quod uiolari possit: appar &: ubi sa
crilegium fieri non pōt: Quicquid autem oculis manibusq; subiectū est:
id vero qua fragile est: ab omni ratione immortalitatis alienum est: frustra
igitur homines auro ebore gemmis deos excolunt & exornant: Quasi
vero ex his rebus ullam possint capere voluptatem: Quis usus est pcio
sorum munerum nihil sentientibus: An ille qui mortuis pari ratio
ne defunctorum corpora odoribus ac preciosis vestibus mitra & conuo
luta humo condunt: Qua deos honorant: qui neq; cum fierēt: sentie
bant: Neq; cum coluntur: sciunt: Nec sensum consecratione sump
serunt: Non placebat plto: q; aurea vasa templis inferantur: supuacua
putauit esse inter religiones: quod non sanctitatis: sed auaritiae sit instru
mentum: Illa enim sacrus ē deo: quem recte colas: inferre pro munere cō
positum nisi falsq; animi sanctosq; recessus: Mentis & incocum genero so
pectus honesto: Egregie sapienterq; sensit. Verum illud ridiculo subdidit:
Hoc esse aurū in templis: quod sine veneri donatae a uirgine pape: qui as
ille ob nimiam uiue fortasse contempserit: Non uidebat ut simulacra ipsa &
effigies deorum polycleti & euphranoris & phidiae manu ex auro atq; ebore
pfectas nihil aliud esse: q; grandes pupas non uirginibus: quarum lusibus
venia dari potest: sed a barbaris hominibus consecratas: Merito igitur & se
nium stultitiam Seneca dicit &: Non inquit his pueris sumus: ut uulgo
dicitur: sed semper: Verum hoc interest: q maiora nos ludimus: Ergo his lu
dicris & ornatis & grandibus pupis & unguenta & thura & odores infert
His optimas & pinguis hostias immolant: quibus est quidem os: sed carens
officio dentium: His peplos & indumenta preciosa: quibus usus velamis
nullus est: His aurū & argentum consecrant: quae tum non habent: q
accipiunt: q; qui illa donarunt: Nec imerito Dionisius sicilie tyrannus
post victoriam graecia potitus deos tales contempsit: spoliauit: illusit: Sig
dem sacrilegia sua iocularibus & dictis prosequebatur: Nam cū Iouis olym
pi aureum amiculum detraxisset: laneum iussit imponi dicens estate
graue esse aurum: hieme frigidum. Laneum vero utriq; tpi aptum. sed